

Rome, 6 déc. 1612. Bellarmin à Gaspar Scioppius.

1245  
3045

Clarissime vir. Recte scribit D.T. non esse necesse, ut virtus D.Zachariae Fortembachii vicarii Augustani mihi commendetur, nam ex literis Reverendissimi episcopi et sermonibus aliorum iam satis noveram egregias dotes ipsius. Gratissimum mihi **5** et aliis amicis esset, si Romae haberemus personam tuam, iam toto orbe terrarum celebrem. Doctor Faber nihil mihi adhuc novi operis dedit; si quando dederit, avidè legam, ut soleo. Vale, clarissime vir, et me tui amantissimum, ut facis, ama. Romae die 6 Decembris 1612.

**10** Elogia Scioppiana...